Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Isidori secretorum expositiones sacramentorum quaesitiones in Vetus Testamentum - Cod. Aug. perg. 247

Isidorus <Hispalensis>

[S.l.], [10./11. Jahrh.]

De libro Iesus Nave; capitula

urn:nbn:de:bsz:31-58698

Visual Library

ergasoci& amicis bonu sumat · Postaquia quippe occum
bente sole ad castra reuertitur · quia post lamenta paeni
tentiae frigus carnis flamma cogitationis inlicitae ad fidel
ium merita p̄sumenda reparat · Ut ias & cetera longe non
sit mat quia mundus re pobitum inanem ardoris gaud&
XXI I ub&ur praeterea. Israhelico populo per moysen cum
egreditur ad requisita naturae mittat paxillu
in baltheo & fossa humo abscondat quae a fuerit
naturae enim corruptibilis pondere grauatio mentis
nostrae quaedam cogitationum superflua quasi uen
tris grauamine rumpuntur sed portare sub altare
paxillu debemus ut uidelicet ad reprae hendendos nos
m&ipsos semper accincti acutu arcanos stimulu conpuncti
onis habeamus qui incessanter terram mentis nostrae poeni
tentiae dolore confodiat & hoc quod a nobis fedum erum
pit abscondat   XXI. auuuuu   auuu

Quod autem per mensura peccati quadraginta flagellis de
linqueret argui iussit lex in praedictum est quod per quadra
ginariu numeru figura significet huius temporis in quo
ecclesia per quatuor mundi partes diffusa sub decalogo
legis uiuit · quadraginario ergo numero delinquentes
caedimur in hoc tempore paenitenciae uerberib; flagella
mur · Deb& ergo quisque peccator temporalib; flagel
lis adteri quatenus in iudicio purgatus ualeat inueniri
Beatus enim homo qui corripitur a dno · Nulla enim in aeternu
ani aduersio adfligere potuit quos paenitentiae disci
plina percussit · sicut enim hic pro peccatis caedimur illuc sine peccato
inuenimur · amen ·   LIB IHU NAUE

EXPLICIT LIB DEUTERONOMII INCP CAPITL

De morte moysi & principatu ihu naue ·

II De duob; exploratorib; & meretrice raab.
III De transitu arcae & diuisione iordanis.
IIII De duab; semis tribub; armatis p̄cedentib; isrt
V De duodecī lapidib;
VI De circūcisione secunda
VII De excidio hiericho & saluatione raab
VIII De furtu acham
VIIII De constructione altaris
X De maledictionib; & benedictionib;
XI De gabaonitas
XII De proelio in gabaon
XIII De extinctis gentib; & terrae diuisione
XIIII De diuisione terrae in duab; & nouē semis tribub;
XV Quod leuitae non acceperint hereditatē terrae
XVI Quod habitacula leuitarū p omnib; tribub; decernunt;
XVII Quod quadraginta duas urbes leuitae in possessionē acce-perunt
XVIII De cananeo populo extincto.

EXPLICIT. CAPITULA.

POST MORTEM MOYSI LOQUTUR DN̄S AD IOSUE DICENS

MOYSES SERUUS MS̄ MORTUUS Ē.

Surge & transi iordanem tu & omnis populus
in terram quā ego dabo filiis isrh̄l. Defunctus ē.
ergo moyses defunctus est. lex legalia p̄e-
cepta iam cessant & ob tan[tum] ihs id est salua-
tor xp̄s filius dī principatum introducit populū
in terrā de qua dicitur [illegible]

possidebis terram

II Iesus mittit duos exploratores ad hiericho urbem qui sus
cipiuntur a meretrice raab. Iesus ille dux populi in se
met ipse dominum christum et uocabulo ostendit et facto.
hiericho autem ciuitas mundus est ad quam dominus christus ad per
scrutandos mores hominum duo testamenta discer
pta in eo utrum credentium fidem aut rebellium peruicaciam
plenos conprobaret ante aduentum suum iudicium suum quasi explora
tores duos legem euangelium destinauit. Raab uero typum
tenet ecclesiae quae de extraneis atque alienis gentibus
congregata est quae antea in dernis carnis fornicatur
in idolis de alib; audiat quod praecedent uos in regno caelorum
haec igitur testamentum domini sola suscipit et eandem fideliter
conseruat amicis omnino non tradit ipsa potius peri
clitari optans. Dummodo inlesa ac salua seruaret.
haec casurum mundum sicut illa ciuitatem fortiter cre
didit. Nec pro se casurum omnium salutem pactum cum testa
mentis domini fecit hac in domo sua coccum. Id est signum
sanguinis posuit extra hanc si quis inuentus fuerit
ruina saecli atque incendium mundi nulla ratione uitabit.

III Populus cum archa testamenti iordanem transit
Sed quid sibi uult quod iordane et a deo archa testamen
ti transeunte per sacerdotes et leuitas deducente turba
rique stante aquae fluminis incolumi dei populus iter
incendit et innoxium haec omnia implent in ecclesia po
pulis mystica operatione. Dum enim quis ad baptismi uenerit
fonte et consistente sacerdotali et leuitico ordine
initiatus fuerit mysticis sacramentis. tunc sacerdotum
ministeriis per baptismum quasi per iordanis fluenta in
greditur et terram caelestis repromissionis adipiscitur quod uero
pras

aquarū fluminis quę torrentis impetu fluxerat in dulcedinē
prius uero confluxit gurgite maris haec figura baptiza
torū uarietatē designat. quia omīs qui baptizant partē
quidā ex ipsis acceptā gratiae caelestis dulcedinē custodiunt,
Partē uero in peccatorū amaritudine conuert. Quod uero
sacerdotalis ordo & leuiticus iter ostendit populo dī magis
teriū sacerdotale monstrat. Ipsi enī & docent populū exire
de egypto. Id est de terroribus mundi & transire p heremū
uastatū est praecti temptationis; Quod uero sacerdotalis & le
uiticus ordo adsistit archae testamenti in qua lex portat
sine dubio ut ipsi inluminent populū in area; xxiiii
IIII Duae semis trib; quae trans iordanē amorrę acceperē
terrā relictis mulierib; & infantib; cū fratrib; tran
seuntes praebebant illis pugnandi auxiliū; quequa &
ipsi consequentē hereditatē iusti qui p moysen accipiunt
hereditatē trans iordanē & cū fratrib; suis armati & prae
cincti incedunt illi. hoc loco intellegunt qui primū p mo
ysen hereditatē legis potiti sunt. Unde & primogeni
tus esse omnes ruben quippe primogenitus est. iacob.
ex lia gad primogenitus eiusdem de zelfa manas
ses primogenitus est ioseph de egyptia filia sacerdotis
phuti phares. In his ergo primogenitus figuraliter
illi ex priore populo designantur qui p legē placuere
do quique non requiescunt sed expediti ad auxiliū
fratrū suorum consurgunt laborantibus enī uim nob
in agone uitae huius atque habentibus certamen ad
uersus contrarias potestates ueni..unt in auxilium
nobis illi qui ante aduentum xpi p legē iustificati s.
Uidimus enim esaiā hieremiam accincto expedi
tosque ad auxiliū nrm de uoluminū suor. iaculis.

cor dis nri · hostes acerrimos uulnerantes · accingit ·
et danihel adauxiliu nostru · Cu nos de xpi regno & ante
xpi futura fraude instruit adq; pmonet · adest ezechiel
sacramenta nobis caelestia inquadraformib; rotaru cir
culis signas docet · & ose tres bissenas agminis turmas & prae
cedunt nos succinctus lubis inueritate qua praedicant ...
ad auxiliu nrum · Isti ergo uiri fortes pugnant nobiscum
quousq; caelestis repmissionis patria consequamur ;
VI Transeuntes itaq; filii isrt iordanem sustulerunt de medio
fluminis duodecim lapides quos protestimonio posuerunt
ilico secunde circu cisionis adsignificandu nobis ut clu
delauacro consur gimus apostolicae uitae exempla fir
missima nobis congestare debeamus quaru sep testimo
nium adimitamenta uirtutu contuamur ;
VII Post iordanis aut transitu uenit ihus ingalgala ibiq;
iubetur facere sibi cultros lapideos & circucidere secun
do filios isrt pcontentio in deiudaei quamodo potest qui secun
do circucidi circucisione carnali semel eni circu cisus ultra
non habet qd secundo possit auferre anobis aut quib; lex
spiritalis est conuenienter ita soluunt · Dicimus eni circum
cisione prima fuisse plege in aegypti sed sia lege manseat
quis pbaptis ma iordanis ad euangeliu · tunc accipit secunda
circu cisione spiritale ppetra que est xps sicque tale circu cisione
purgatur caret aegypti obpbrii · Idest inlecebra corporalium
uitioru nomen aut loci galgala qd est interpraetatio reuela
tio ostendit du inpputio infidelitatis ambulauerit quisque
phuiusmo deserti oculos eius esse caecatos ; Uideamus & obse
quentia post euangelii eni circu cisione statu in loco reuelationis
pascha caelebrat · Immolat q; agnus ille p mundi salute occi
sus ac deficiente manna typice legis primu comedit populus pane

corporis xpi que incorrupta repromissionis terra
id est mater dni uirgo maria protulit. Cuius granum
in terram cadens frumentum plurimum attulit;
Et uide ordinem postquam enim ihs naue sub ihu
xpo duce posita p lauacri fluenta transimus ac p fidē
spiritali circumcisione signamur. Tunc his gradibus
peruenienter celebramus pascha. Id est immolatum xpm p
mundi salute credimus. ac deinde credentes statim pane
illo dominici corporis pascimur. Occurrit deinde nobis
princeps militiae uirtutum caelestium xps tenens gladium euan
gelii ad resecanda carnis uitiae pollutionē p cunctatio autē
iosue dicentis ad angelum n̄r es. an aduersariorum discre
tionē suorum insinuat. qui inter bonum et malum p discretio
nē diiudicant. ne eos aduersarios p speciē boni fallat.
Unde et hieremiae dicitur si separaueris p̄tiosum a uili quasi
VII Circumdatur post haec hiericho expugnatur que tormentis
aduersus quā gladius non educitur. aries non
dirigitur nec telum librantur. tube solummodo sacerdotales
septē dieb; continuis adhibentur sicque circumacta ac cantu
hiericho subruuntur. Hiericho autē p interpretationē luna
dicitur. luna uero mundi huius speciē tenet. quia sicut luna
menstruis conplectionib; deficit. ita hic mundus ad contē
plationē tēporum currens cotidianis defectib; cadit. In archa
uero ecclesia figuratur. in tubis autē ereis praedicatores fortes
accipiuntur. hanc uero urbē hiericho dieb; septē ferentes
arcā israhelitae aeneis tubis clangentib; circumeunt. et mu
ri eius p archae praesentiā atq; aerearū tubarū sonitū cadunt
maxime quia in hoc tēpore quod septē dierū uicissitudine uoluitur
dum fertur archa. Id est dum orbē terrarū circuiens noua
ecclesia ad p̄dicandum uoces quasi tubarum sonitum mittit

hiericho

Id est gloria mundi et superbia infidelitatis obstacula cor-
ruunt donec in fine temporum mors novissima inimica destru-
atur. Et impiorum perditione unica domus raab tamquam unica
aecclesia libera et munda a turpidine fornicationis per fe-
nestram confessionis in sanguine remissionis. Ista enim me-
retrix in hiericho tamquam in hoc mortali saeculo moratur. quae
ut salvare possit per fenestram domus suae tamquam per os cor-
poris suae coccum mittit quod est sanguis christi signum pro remis-
sione peccatorum confitetur ad salutem. qui inventi sunt in domo
illius salvati sunt ab interitu urbis et quicumque intra aecclesiam
reperiuntur ipsi tantum salvantur. extra hanc autem domum. id est
extra aecclesiam nemo salvatur.

VIIII Furatur interea de anathemate urbis acham hiericho pal-
leum et regulam auream. pro quo irascente deo perierunt quidam
manufortili ex populo hiericho itaque ut dictum est mundi
gerit figuram. De anathemate ergo eius fraudans in ta-
bernaculo suo abscondit qui seculares mores in interius
aecclesiae infert qui sub cultu divinitatis manens sollemnitates seculi
vel spectacula diligit qui sortilegos aruspices et augures
inquirit. vel qui caeteros ritus persuadet. qui prius in hiericho
id est in hoc saeculo habebant. Ista ergo qui a post fidem in-
dumentum conversationis saecularis occultum inducit.
quasi palleum de anathemate tollit. sed et ille de anathemate
hiericho fraudat qui in aecclesia haereticorum infert dogma
vel superstitiosa saecularium litterarum studia. haec enim lingua
aurea luculento sermone aptata. hanc fraudaverunt arrius
marcion et basilides fraudaverunt contra regulas aureas de
hiericho. et philosophorum secta non recta in aecclesia conati sunt
introducere et maculare omnem aecclesiam domini sicut alii per-
diderunt multi per eos. Ideoque abiecti per anathemate

quasi a ceruo lapidū. Id ē multitudine peccatorū suorū
obpressi atq; extincti sunt quorū auctor ac perēptor exaluis. hoc est
diabulorū qui pillorū impietatē fideliū quorūdā uicerat
sursū superatus euincitur adque a populo diu suspensus ligni crucis
uirtute necantur. VIIII ......

Superatis igitur hostibus aedificauit iesus altare dō excelso
ex lapidib; integris in quib; non erat iniectū ferrū sicut
praeceperat moyses & immolauit sacrificiū & scripsit
in lapidib; deuteronomiū legis moysi; Uideamus itaq;
qui sunt isti lapides ex quib; aedificatur altare. omīs igitur qui
in x̄pm ihm credunt lapides uiui dicuntur. De quib; aposto
lus dicit. Uos estis lapides uiui aedificati domus spiritalis
his non est iniectū ferrū quia incorrupti & inmaculati carne
& spū sunt. & iacula maligni ignitae non receperunt. hi unū
altare faciunt unitate fidei uel concordia caritatis. In his
quoq; deuteronomiū. id est secundū euangelii legē ihs
dns nr scripsit audiamus itaque eū dicentē. Dictū est antiquis
non moechaberis. ego dico uobis si quis uiderit mulierē ad
concupiscendū eā. iā mechatus est eam in corde suo. hanc
igitur legē ihs legē nouā in cordib; credentiū hanc scribit
in eorū mentibus qui altaris constructione digni sunt,

X̄ Post haec omnis populus & maiores natu ducesq; ac
iudices praecedebant hinc & inde arcā stet&rūque sicut
praeceperat moyses in deuteronomiū sex trib; in montem
garizē ut benedicerent populū & prioribus qua nobi
liores sunt. Id est simeon. leui. iuda isachar ioseph. &
beniamin. alii uero sex ignobiliores steterunt e regione
in monte gebal ut male dicerent inter quos & ruben qui ma
culauerat torū parentis & zabulon ultimus filius liae.
& ancillarū filii. & haec quidem uetere historia referunt.

gesta sed inspiciendum est. quid in narratione mysticae intel
legentiae referat. qui sunt ergo isti qui incedunt iuxta montem
garizin. et qui sunt qui incedunt iuxta montem garazin. hi in
cedunt electi ad benedictionem figuraliter indicant qui non
metu poene. sed caelestis promissionis amore succensi ueniunt
ad salutem. Illi uero de medio qui iuxta montem gebal incedunt
in quo maledictiones positae sunt illos indicant qui non amore
benedictionum uel promissionum sed futurorum suppliciorum
timorum conplent quae in lege scripta sunt ut perueniant ad salutem.
Omnes autem circa archam incedunt quia de ecclesia sunt non
discedunt. sed nobiliores esse illos dicimus qui bono ipsius
desiderio aeternae benedictionis amore quod bonum est agunt.
quam illos qui per malum metu bonum sectantur. Solus ergo ihs potest
ex omnibus populis huiusmodi mente animosque condiscere
et alios uero statuere in montem garizin ad benedicendum,
Alios uero statuere in monte gebal ad maledictionem
non ut maledictiones accipiant sed ut intuentes praescriptas
maledictiones et penas peccatoribus constitutas incurrere
caueant ac se metu ipsos timoris subplicatione corrigant

Interea gabaonitae perditionis metu perterriti cum fraude
et calliditate uenerunt ad ihm pannis calciamentisque
ueteribus induti deprecantes ut saluarentur statimque ab ihu salutem
suscipiunt quorum tamen dolum ut agnouit ligni caesores
uelaque gestatores eos constituit in quorum figura illi osten
duntur qui de mundo ad aecclesiam uenientes habent fidem in deo
et inclinat caput suum sacerdotibus seruisque ministrant
exercerunt et aliquid utilitatis inpendant ad ornatum et uiam
aecclesiae uel ministerium propter se. In moribus uero suis
et conuersatione pristina detenentur induentes ueterem
hominem cum actibus suis et inuoluti uetustis uitiis sicut.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et istis pannis et calciamentis ueteribus obtecti et propter
hoc quod in deum credunt et erga seruos dei uel ecclesiae cultus
uidentur esse deuoti nihil habent emendationis uel inno
uationis in moribus tales igitur tantummodo quasi quodam
salutis signum intra ecclesiam temporaliter proferunt. Inter spiri
tales autem. Id est inter sanctos dei regnum aeternum uel libertatem
minime consecuntur ,
Quod autem in gabaon pugnante ihesu naue stetisse perhibetur
sol et luna donec ut rebellis inimici delerentur dicente
scriptura., stetit inquid sol super gabaon et luna super uallem
elam et adicit scriptura. et dicit. quia numquam sic audiuit
deus hominem. ihesus ergo noster solem stare fecit non tunc solum
sed multo magis modo in aduentu suo dum nos bellum gerimus
aduersus uitiorum gentes et conluctamur aduersus
principes et potestates et rectores harum tenebrarum aduersus
spiritalia nequitiae in caelestibus; Sol nobis iustitiae inde
sinenter adsistit. nec deserit nos umquam nec festinat
occumbere quia ipse dixit. Ecce ego uobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem saeculi. Quinque autem
reges quinque sensus corporeos indicat. qui gabaonitas.
id est carnales homines expugnant hi ad speluncam
confugiunt cum se terrenis actibus in corpore positi mergunt;
qui tamen pugnante ihesu. id est praedicatione euangelica
superantur atque ingrediente uerbo dei in nobis. Id est intra spe
luncam corporis nostri omnes pariter interficiuntur. exin etiam
deinde uel de ceteris gentibus iosue sorte diuidit populis terram
repromissionis fecit ergo et christus facta acie fidelium suorum quodam
gentes gentilium errorum malignos spiritus et sorte diuisit terram
in nobis omnia operans unus atque idem spiritus diuidens dona
propria unicuique prout uult. efferuntur autem in his diuinis
eloquiis. prima et secunda hereditatis facta diuisio.
prima quidem per moysen. Secunda uero qua factior est.

pihum. sed moyses transiit iordanē duab; tantū tribus.
Ruben scilicet. gad et dimidie tribui manasse possessionē
decreuit. ceteræ uero omnes p illum suscipiunt. p qd indicat
qd plures p fidē ihu xpi pmissa cælestia esse recepturi
quā qui p lege adepti sunt. Illa duæ ille semis tribus p ul
dubio priorē populū adūbrabant. Sed ideo duæ semis
dicuntur quia hii qui in lege agebant contigerunt. cogni
tionē trinitatis. sed pfectā eius scientiā non habuerunt. sic
et ecclesiasticus liber loquitur dicens. qui non pfecit primo
scire sapientiā et infirmior non inuestigauit illā.
Hic autē nouē semis trib; quæ p illum repmissionē terre
sca suscipiunt ut p dictū est figurā noui populi tenuerunt
quæ a ihu dno nostro p fidē et graciā æternæ rep
missionis hereditatē post lauacrū quasi post iordanis
transitū susceperunt. sed p inde et ipse nouē semis tribus
dicuntur quæ sub ihu hereditatē potiunt et non integre
decē qui numerus consumatus dicitur et pfectus quia nec
in ipso aduentu dni uel incarnacione eius cuncta nobis p
sens et ipsū pfecta adnunciata sunt. Unde et ipse dicit dis
cipulis suis multa adhuc habeo quæ uobis loquar. sed non
potestis illa modo audire. Ueniet autē sps ueritatis qui a
patre pcedit ille de meo accipiet et adnunciabit uobis
omnia pfectio itaq; ad summā cunctorū bonorū in spū sco
consistit. alioquin nihil in eo pfectū putabit cui sps sedet.
XCI Quod uero leuitæ non acceperunt hereditatē terræ utique
quia ipse dns ipse est hereditas eorū sicut scriptū est.
Ego hereditas eorū et possessio non dabitur eis in isrt. ego
enī sū possessio ob hoc scilicet uoluit ds quia ministri altaris
ipsius effecti sunt et sors ppi qd et clerus sors interptatur
ergo dnm hereditate merito possidet qui ut absque ullo
inpedimento deseruire dno ualeat paup spū esse conten
dit ut congrue illud psal mista dicere possit

Dominus pars hereditatis meae et calicis mei.

XVI Quod vero habitacula levitae ab istis omnibus tribubus decer-
nuntur significat illos qui in ecclesia diversis scientiae opera dan-
ter doctrinae gratiam administrant rursus ab omnibus quibus
dispensant divina terrena subsidia quae non habent recipiant.
Ut impleatur illud quod apostolus praecepit dicens si nos vobis spiritalia
seminavimus magnum est ut carnalia vestra metamus et
merito isti in cunctis tribubus divisi dicuntur quia dispensatione
cunctorum vivunt;

XVII Quod autem quadraginta duas urbes accipiunt indubitanter
ipsa praedicatio sanctorum signatur. Ipsi enim possident doctrinamque
constat legis decalogo et quatriformi evangelii numero quasi
quaternas urbes habentes quibus et ia addiciunt quia in mirum
cuncta quae praedicant morali ac mistico sensu adnunciant;

XVIII Illud autem quod israhelitico populo praecepta repromissionis terra par-
titur. Effraim tamen tribui chananeus omnis gentilis po-
pulus non occisus sed factus tributarius dicitur sicut scriptum est
in iudicum libro. habitavit chananeus in medio effraim tributa-
rius. quid enim tributarius. quid chananeus gentilis indocti car-
nalis populus nisi vitium signat. saepe enim in magnis virtutibus terram
repromissionis ingredimur quia spe intima de aeternitate
roboramur sed dum interrupta sublimia vitia quaedam tamen
parva retinemus. quasi chananeum vivere in terra nostra con-
cidemus qui tamen tributarius efficitur. quia hoc ipsum vitium
quod subiugare non possumus ad usum nostrae utilitatis humiliter
retorquemus ut eo de se mens et in summis vilia sentiat quod
in rebus etiam parva quae appetit non expugnat. Unde bene
rursum scriptum est. haec sunt gentes quas dominus dereliquit ut erudiret
in eis israhelem. adhuc namque quaedam minima vitia nostra retinentur
et intensa intencio sollicita in certamine semper exerceat
et eo de victoria non superbiat quo in nobis adhuc esse hostes conspicit
a quibus adhuc vinci formidat. sic ergo reservatis gentilibus

erudit quando in quibusdam minimis uitiis elationi uirtutis nostrae conprimit & in paruis sibi resistentibus discit quod extrema iora non subigit, EXPLICIT LIB IHU NAVE

INCIPIUNT CAPITULA DE LIB IUDICUM.

I De seruitute populi & liberatione.

II De bbora & iahel,

III De oraculo angeli ad gedeon & sacrificio eius.

IIII De misterio uelleris & areae,

V De proelio gedeon cum trecentis uiris

VI De abimelech.

VII De iapte & filia eius.

VIII De samson & actibus.,

VIIII De ruth moabitida,

INCIPIT EXPO DE LIB IUDICUM

Storia iudicum non parua misteriorum indicat sacramenta. primum quod post iosue succidunt iudices sicut & post xpm successerunt apostoli & ecclesiarum rectores ad gubernandos & regendos fideles quos ipse ad spem aeternae repromissionis perducit. proxima autem in hoc uolumine delicta iudaici populi & seruitutes. clamor quoque eorum & miserationis discribuntur. nam multis annis prius offensis multorum regum seruierat & iterum conuersi liberati sunt, sed quidem quod repeccantes in manu hostili tradunt., Nisi quod nostra peccata quando delinquimur uires hostibus praebent & quando nos facimus malum in conspectu dni tunc confortantur aduersarii; id est demones spiritalium nequitiarum uirtutes sed iterum quando conuertimur suscitat dns saluatores & iudices